Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sextus.

Unicuique patria sua carior est. Ibidem xxxviii epistola. Interdum expedit patriam negligere, ut sapias quis possit acquirere. Idem libro ii epistola xxviii. Res publica singulis semper iure equitatis augetur. Idem libro iii epistola vi. Ceteram reddit esse rem publicam honoratam frequentia. Idem x epistola. Nobilissimus civis est patrie sue augmenta cogitare. Ibidem xviii epistola. Fructuosus esse debet publicus labor. Idem libro iiii epistola xxv. Decet quidem cunctos patrie sue augmenta cogitare, sed eos maxime quos res publica plurimis honoribus obligavit. Idem libro v epistola xxxi. Utilitatem publicam diuturna non convenit ludificatione differri. Idem libro vi epistola ii. Dum temporis prolixitas plurimum conferat, culparum opprobria non vitantur. Idem libro vi epistola xi. Constat felicem esse rem publicam que multis resplendet ornata civibus. Idem libro viii epistola xxx. Civis autem non habet qui rebus sue gratiam non tribuere. Idem libro viii epistola xvi. Quorum gratiam impetrare possunt qui suis civibus displicere meruerunt. Idem libro x epistola vi. Necessarium probatur esse rei publice personas dignitatibus aptas eligere. Idem libro xii et sequenti epistola prima. Ad utilitates publicas esse sollicitus iniuncta morali compulsione parea.

De populo capitulum ii.

Isocrates in Exhortationibus capitulo primo. Conversatione in democratia, oportet demulcere populum.

Aristoteles rhetoricorum libro iii et sequenti capitulo xiii. Quanto fuerit maior populus tanto remotus intellectus. Idem politicorum libro vi capitulo iii. Optimus populus est qui terre cultivus est.

Tullius rhetoricorum veterum nove libro ii et sequenti capitulo xvii. Noli saturnine nimium populi frequentia tutus esse. Multi iacent graviter. Idem philippicorum libro ii. Caritate et benivolentia civium septum oportet esse, non armis. Idem tusculanarum questionum libro ii. Philosophia paucis est contenta iudicibus. Multitudinem consulto ipsam fugiens, eique ipsi suspecta et invisa est.

Quintilianus declamatione x. Declamatio non habet turba ulla prudentiam singulorum, sive quod publicos minus capimus affectus, sive negligentior est qui se non putat solvere debere reum, et multa fiducia facimus. Omnium michi est crudelius morte hominum quos populus occidit.

Seneca tragediarum in Octavia capitulo iii.
Vis magna populi est.
Ibidem capitulo x et sequenti.
O funestus multis populi
dirusque favor, qui cum flatu
vela secundo ratis implevit
vexitque procul languidus idem
deserit alto sevoque mari.

Idem epistolarum ad Lucillium libro iii epistola viii et sequenti. Numquam volui populo placere. Nam quod ego scio non probat populus, quod probat populus ego nescio. Quis cui placet virtus, placere potest populo. Malis artibus favor popularis queritur. Idem libro viii epistola ii et per. Hos mores habet populus, quod impetuosissimus quisque in secreta recipere cupit. Idem in proverbiis. Secundus mea populo conveniat. Meliorem vitam sequamur quam vulgus, non contrariam.

Lucanus libro iii.
Nescit plebs ieiuna timere.
Dona movent populos, si quos sua iura tuentur.
Non sibi sed domino gravis est que servit egestas.

Valerius maximus libro v titulo de gratis ingenio, neque vite summe sinceritatis neque constantissimus erga patriam amor etc. vide supra.

Lex. C. de penis l. decurionum. Vane voces populi non sunt audiende.

Marcialis cocus libro undique suscepto capitulo ii.
Predicat Hermogoras non omnibus esse placendum.
Elige de multis regule cui placeas.

Celius Firmianus de beata vita libro ii. Veritas a vulgi solet sermonibus variis dissipata corrumpi.

Claudianus libro primo.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Cato capitulo iii.
Iudicium populi numquam contempseris unus,
ne nulli placeas dum vis contemnere multos.

Boetius de consolatione libro iii capitulo xi. Plures sepe magnum nomen falsis vulgi opinionibus abstulerunt. Sapiens nomen suum non popularis rumore, sed conscientie veritate metitur. Popularis gloria nec iudicio provenit nec umquam firma perdurat.

Henricus Samariensis libro primo parte ii.
Migrat in exilium virtus, vitiumque triumphat.
Regnat et in populis grande tribunal habet.

Cassiodorus epistolarum in prohemio. Alimonia supra omnia populi plus requirunt. Idem libro vii epistola xviii. Nescit plebs tacere. Plebs interdum hec loquitur quod a nemine perpetratur.

Proverbium vulgare. Quello chel populo